

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

48. De festis infra septuagesimam vel quinquagesimam concurrentibus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

108 MICROL. DE ECCLES.
qua reperitur commemoratio. Hoc quoque notandum, quod cum Gloria in excelsis semper Dalmaticæ & subdiaconalia resumuntur.

De septuagesima,

CAP. XLVII.

IN septuagesima Heptateuchū incipiunt. Vnde & Alexander Papa secundus constituit, ut responsoria de eadem historiā in eadem Dominica incipient, & in sequenti Dominica repeatantur. Illam autem in sabbathō ad vesperam iussit dimitti ante septuagesimā. Ab hinc usque in cœnam Domini, Te deum, Gloria in excelsis, Ite missa est, Item Dalmaticæ & subdiaconalia antiquo more dimittuntur. In bissextili anno Natiuitatem sancti Matthiæ Apostoli colimus in illa die, quæ vigiliam eius proximè sequitur, non in alia, quæ propter bissextum eo anno in eodem Kalendario iteratur.

De festis infra LXX. vel L. occurribus,

CAP. XLVIII.

SI Purificatio sanctæ Mariæ infra septuagesimam euenerit, nihil in ea iuxta

Ro-

Annus bissextilis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Romanam consuetudinem præter Alleluya de solita glorificatione mutamus.

Sergius papa à beato Petro 86. constituit,

vt in diebus Annuntiationis Domini, & Festa virginis
dei parvam
olim celebrata.

5 Dormitionis & Nativitatis sancte Mariæ & sancti Symeonis, quod Græci ὡπάρινον cant, Lætania exeat à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat.

10 ὡπάρινον autem nūcupatur obuiatio, quia Vide Bedā Re-
tract. in Act.
Apost. c. 16.

venerabiles personæ Symeon & Annae eo die obuiati erunt Domino, dū presentare tur in templo. Item cathedram sancti Petri, etiam infra septuagesimam, & Annuntiationem sancte Mariæ infra quadragesimam solemnissimè cum Dalmaticis &

Gloria in excelsis celebрамus. Sciendum Romano more autem, quòd Laodicense

Concilium capitulo 51. constituit, vt natalitia martyrum in quadragesima non celebretur, sed eorum commemoratio fiat

20 in diebus sabbathorum, vel dominicorum.

Quòd hīc soli martyres nominantur, hoc ideo, quia nondum apud antiquos memoria Confessorum adeo celebris fuit. Sancti 25 quoque Patres in Toletano Concil. de Annunciatione sancte Mariæ constituerunt, ut de quadragesima in 15. Kalendas

Ianua-

110 MICROL. DE ECCLES.
Ianuarij transferretur , vbi annuatim so-
lemniter & conuenienter ante Natale
Domini posset celebrari : vtputa cum
omnia illius temporis officia de eadē re-
sonent annuntiatione, ut in Ambrosianā
obseruatur ecclesia. Sed nos magis sancte
Romanæ ecclesiæ morem gerentes infra
quadragesimam, illam celebramus, sicut
& aliorum quorundam sanctorum. Syno-
daliter autem legitur statutum, ut eadem ¹⁰
annuntiatio , si in triduo ante Pascha oc-
currat, in sabbatho ante palmas anticipa-
tur , qui dies & proprio officio carer, &
per totum annū venerationi Sancte Ma-
riæ solet obsecundare: quæ anticipatio &
Dies sabbati ve
nerationi Diuæ
virginis depura
tus.
omni necessaria videretur anno, dum ea-
dem festiuitas idem sabbathū subsequi-
tur, ed quod duæ subsequentes septima-
næ proprijs officijs intantum sunt occu-
patæ, ut tantæ solemnitati dignè nequeat ²⁰
deseruire. Sed nos nihil in hac editione
temerè canonizatum depræhendimus.
Cum autem festiuitates nouem lectionū
in quadragesima agimus, omnia de festo,
die ac nocte , & Missam de ipso ad tertiam ²⁵
festiuè dicimus. De quadragesima vero
post Benedicamus, Antiphonam feriale
cum



OBSERVATIONIBVS. III

cum precibus & oratione, & hoc ad matutinum & vesperum tantum, Missam quoque de quadragesima ad nonam cu[m] genuflexione.

5 Cisitoy Es seculi audib[us] in illis oceano
michi M v. De capite Ieiunij.

CAP. XLIX.

I N capite Ieiunij, Missam dicimus ad nonam, & omnia facimus ut in quadrage sima. Cum enim illi quatuor dies pro complemento quadragesimalis ieiunij præcipiatur, necessariò quadragesimalem obseruantiam obtinebunt, videlicet ut tandem post vesperam ieiunium soluatur.

15 sicut in Canonibus præcipitur, quod tam en alio tempore statim post nonam soluatur, cum & Missa ad sextam celebratur. In hoc enim quadragesimale ieiunium ab alijs differt diebus, quod in alijs

20 post nonam, in hoc autem post vesperam reficere debemus. Nec iuxta Canones quadragesimaliter ieiunare censemur, si ante vesperam reficimur. Ergo & in ijs quatuor diebus, similiter ieiunare debe mus, si cum ijs quadragesimale ieiunium adimplere volumus. Vnde & Missa in ijs diebus, non ad sextam sed ad nonam me ritò

Etiā quatuor
illis diebus non
soluedum Ieiu
niū ante Ve
speras, & quē at
que per reliquā
Quadragesimā.